



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXIII.

27. Septembris. 5. Cal. Octobr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

XXVI. SEPTEMBRI S. 273
in omni operatione invocemus: huic
tam fido propugnatori in omni collu-
ctatione committamus animas no-
stras.



27. Septembris. 5. Cal. Octobr. *Floruit*
B. GILBERTE, Clarævallis mona- *anno*
che: qui virtutem illam magneti- *1160.*
cam BERNARDI in animos domi-
nantem vi melliflua expertus, vivo il-
li in sua Claravalle jungi ardentissimè
desiderabas; inter Canonicos tamen
usque ad ejus obitum morari jussus,
non exigua merita collegisti sanctioris *S. Ber-*
vitæ exemplo. Sed amantissimum pa- *nardus*
rentem mundo ereptum esse nemo te *illi sæpe*
minùs dolere potuit, quippe in diestri- *appa-*
bi jam per quietem, jam vigilanti præ- *ret.*
sentem, tēq; cœlesti sapientia imbuen-
tem. Quin & pro fidelis amoris indo-
le animam tuam è corpore egressuram
ipse in Angelorum confortio ad feli-
cem patriam comitatus est. Nec ego e-
jus careo præsenia: viva ipsius imago
sunt melliflua scripta; ex quibus utinam
spiritum illum haurirem, quo ipse te im-
plevit!

B. JOANNA Clari-Fontis Abba- *Circa d.*
tissa: quæ generis nobilitatem sancti- *1240.*


M m 5 monia

274 ANNI CISTERCIENS.

*Imago
Marie
annuit
oranti.* monia vitæ longè superâsti. Hanc suo calculo frequentissimè cœlites tecum familiariter agentes probârunt: præsertim ipsamet cœlorum Domina: coram cuius imagine, adhuc hodie in honoribus meritissimis habita, cum salutationem Angelicam intimo pie. tatis sensu recitares, visa est non semel capitîs inclinatione tuis precibus annuere. Ingenuè fatebor: licet in recordatione peccatorum meorum toto animo contremiscam, subeunte memoriam meam fiduciâ in Misericordiæ Matrem, non possum non erigere mentem meam in certam spem consequendæ peream veniæ ac æternæ salutis.

S. BERNARDUS, s. i. de Assumpt.

*Maria
Advo-
cata
nostra.* Precessit nos Regina nostra, ut fiducia- liter sequamur Dominam servuli clanostra. mantes: Trahe nos post te. Advocatam præmisit peregrinatio nostra; qua tanquam Judicis mater, & Mater misericordiæ suppliciter & efficaciter salutis nostræ negotium pertractabit.



Obiit a. 28. Septembris. 4. Cal. Octobr.

1168. B. CONRAD E, sanguine, Infulis, & meritis gloriose. Originis claritudinem